

inquit suo scz marie alii filij prouidentia inescatus est bami⁹ qui
ad extrahendu antiquu serpentē in hoc mare magnu traiectus
est de celo inde egressa ē armilla aurea vñ pforaret maxilla leui
athā vt euomeret mortuos nō suos quos ab origine mudi secu
re dglutiebatur. Tercio hec vga posuit viscū quo leuiathā z auis
deceptus est Job xiiij. Nūquid illudes ei quasi aui sic di⁹ glō
Dicis leuiathan auis qz de nature sue subtilitate extollit et laq
um pertulit duz humanitatis ei⁹ escā momordit. hec enī captio
facta est de carne quā assumpsit ex maria vrgine. et iō dicim⁹ in
cātico eius Ad te clamam⁹ cōtra hostē infestātem quasi ppri
gnatrice. Et Bern sup missus est Ipsa inquit maria eximia
illa stella super hoc mare magnu z spaciosum necessario sblima
ta micās meritis illustrās exēplis. Quisquis se intelligens in
huius seculi fluuiio magi inter procellas fluctuare q̄ per terras
ambulare ne auertas oculos tuos a fulgore hui⁹ sideris si non
vis obui procellis. Si insurgūt venti tēptationū. si incurri sco
pulos tribulationū: respice stellā: voca mariā. Si iactaris sup
bie vidis: si ambitiois: si detractiois: si emulatiois: respice stel
lam: voca mariā. Si criminū immanitate turbat⁹: psciētie fedi
tate pfusus: iudicii horrore pterritus: baratroicipias absorbe
ri: tristitie desperationisve abisso: cogita mariā. in periculis. in
an gustijs. in rebus dubijs: maria z cogita. mariā inuoca. nō re
cedat a corde tuo. non recedat ab ore. z vt impetres ei⁹ suffra
gium ne deferas puerfationis exēplū. Ipsam sequēs nō deu
as: ipsam rogās non desperas: ipsam cogitās non erras: ipsa te
nente nō corruis: ipsa protegēte non metuis: ipsa duce non fati
garis. Nec oīa Bernardus. Inuoca igit mariā. Et dispone
domui tue quia morieris z non viues.

¶ Tercia Cella.



Discipulus in terciā introduct⁹ cellulam a suo
preceptore in illa quadruplicē reppit picturā
In hui⁹ q̄ cellule primo latere quidā ex infir
mo trahēbat atām ei⁹ dices Statutū est hō
mini semel mori. In scdo latere quidā lumen
desursum respuēs atqz angeli presentia: facie

Tercia

dyabolicā petijt. In tercio latere vidit quosdā aīās in igne po-
sitas eternalit̃ p̃buri. In quarto latere solū duo erāt homines
quorū unus vt apparebat tristis: oculos nunc velabat: nunc au-
res obstruxit: nunc sera os clausit manus retrahens q̃ possibi-
le fuit mūdum cum suis delirijs p̃temnebat. secund⁹ quasi mor-
tuus oculos ad celū leuans ⁊ genua curuans sine motu et sensu
quasi mortuus videbat. **H**is vīsis discipulus infor-
mari ab in-
structore suo perquisiuit. **C**um senex. ex quo fili de etate et loco
ad hanc artem bene practicandā satis audiuiſti: **N**az restat de
hac vera arte ac materia erudiri. ¶ **P**rimum latus. ¶ **E**t
q̃ scdm loycoſ **A**nalogū est prius diuidendū q̃ diffiniendū:
Ideo habes hic diuisionē mortis depictā in p̃muni. **H**abes e-
nim hic q̃ mors prima sui diuisione diuidit̃ in corporalē ⁊ spūa-
lem. **M**ors corporalis depingitur in primo latere que nichil a-
liud est q̃ abstractio anime a corpore: in qua differt mors hōis
a morte animalis: de qua in sequētibus tractabit̃. **M**ors spiri-
tualis diuiditur iterū in bonā ⁊ malam. **M**ala autē spiritualis
est duplex. vna culpe: alia iehenne. **M**ors culpe in secūdo late-
re depingit̃ in quo homo se auertit a luce gr̃e ⁊ ab angelo bono
ad malum angelū. **M**ors iehenne describit̃ in latere tercio/ in
quo hominū anime eternaliter cruciabātur. **M**ors spiritualis
bona est etiā duplex. prima mors est vegetatiuarū ⁊ sensitivaz
virū/ quādo homo priuat se delectationib⁹ ⁊ obiectis munda-
nis ⁊ obiectis virū inferiorū propter deū ⁊ designat̃ in quarto
latere in primo hōie qui velat oculos ⁊ aures obstruat ⁊ ori quo
q̃ serā apponit. **A**lia est mors bona virū superiorū scz intelle-
ctus/ voluntatis/ ⁊ memorie. quādo homo dimissis quiditatib⁹
⁊ cōtemplationib⁹ rerū inferiorū materialū seipsum ad diuina
trāſſert: non que mūdi sed que dei sunt cōſpiciendo atq; p̃tem-
plando. **E**x hijs inquit preceptor quinq; mortes habes. **R**a-
tio diuisionis est/ quia tot modis dicit̃ virū oppositoꝝ/ quot mo-
dis ⁊ reliquū. In nobis autē habem⁹ quinq; modos viuendi.
Cum ergo mors ⁊ vita opponunt̃ capiēdo vitā generaliter eti-
am prout se extēdit ad operationē. **P**rimo corp⁹ viuīt paīam:
⁊ sic per oppositū sumit̃ mors corporis. secūdo viuīt aīā p̃grām

in hac vita et p[er] oppositū sumit mors secūda. s. original' vel mortalis. Tercio vivit aīa per gloriā: nō in hoc mūdo s[ed] in futuro. Et huic vite opponit mors iebēne cui⁹ principalis pena est carētia visionis diuine. Quarto vivūt vires organice per obiecta sensibilia et delectabilia hui⁹ mūdi q[ui] p[ro]tra dicit hō mortu⁹ quādo ab hōmōi circūcidit mēbra discrete. Quinto vivunt vires supiores nō organice. s. intellcūs volūtas et mēoria nō intēdentes ad materialia s[ed] etna. Preceptor hīs p[re]missis dicit discipulo Q[uod] peccatum mortale dicit mors. de qua Jacobi p[ri]mo. Peccatū cui⁹ p[re]sumatū fuerit generat mortē. Hoc p[ro]venient dicit p[ro]p[ter] tria. s.

effectū	Primo p[ro]p[ter] simile effectū. mors
aspectū	nāq[ue] facit corpus rigidum/ frigidum/ fetidum/ putridū/ turbidū/
defectū	terreum/atq[ue] ponderosū. Isto modo facit animā superbia rigidam et inobedientē ad deū. Prouerb. xvij. Cum obsecrati/ onibus loquitur pauper: et dives id est superbus effabitur rigide. Frigidā per invidiā quam vocat propriā maliciā. Iheremie vj. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā: sic frigidā facit animā maliciā suā. Fetidam per luxuriā. Ysaie xxiiij. De cadaveribus eorū ascendit fetor. Putridam per gule immoderationem per quam sensus et ratio sopiūt et sepeliūt/ et homo in azinū cōmutatur. Iheremie xxij. Sepultura azini sepelietur putrefactus et proiectus. Terreā per auariciā que nichil nisi terrea sapit. Pigrā per accidiā que nichil boni operat.

Prouerbiorū xij. Vult et non vult piger. ¶ Secūdo p[ro]pter similem aspectū. quātūcūq[ue] enim homo fuerit pulcher/ amabilis: statim post mortē erit horribilis: et a cōmunionē hominū separandus: Sic anima ante peccatū pulcerrima: fit deo/ angelis/ et omni cōsortio turpissima. Ezechielis xvj. Ad omne caput viri edificasti signū prostitutionis tue: et abhominabile fecisti decorem tuū. ¶ Tercio p[ro]pter consimile defectū. Poris p[er] sensum asportatur et elongat ab hominib[us] per culpe sue/ abhominacionem et diffamationē apud homines: sepelitur per malā consuetudinē. Sicut enim avis alis aggravatis per lapides vel aliud cōtinue ad yma descendit et debilitatur: Sic et anima pec

Tercia

cato aggravata. **I**sta mala consuetudo est quebam moles gra-
uissima opprimens et incitans hominē ad peccāduz. unde **Au-**
gustinus libro p̄fessionū v. **L**ex viciosa peccati est cōsuetudinis
qua trahit et tenet etiā inuitus anim⁹ eo merito quo in eaz vo-
lens illabit. **E**t in eodē libro loquēs de statu peccati añ baptis-
mum suū ait. **S**uspirabam inquit ligatus non ferro alieno: sed
mea ferrea voluntate: velle meū tenebat inimic⁹. **E**t **A**pocal.
iij. **N**omen habes q̄ viuus et mortuus es. **D**e hac morte habes
Sapientie xvj. **H**omo per maliciā occidit animaz. **P**ec̄o igitur
mortuus cōparatur filio vidue defuncto: de quo **L**uce vij.
id est ecclesie filio qui a quatuor que faciūt homines perseuera-
re in peccato portatur. **P**rimus est fiducia longioris vite: dicē-
tes sum iuuenis/in senio emendā acceptabo/vt ar floze iuuentu-
ris. **S**ecundū p̄sideratio culpe aliene: dicētes ille vel ille hoc fa-
cit: quare ego non idem faciā. **T**ercium fiducia venie/vel spes
penitendi: dicendo sum iuuenis possum multa bona peragere.
Quartū est impunitas: ex quo cōtra malos non cito procedit
a deo in vindictā. **N**ec deus nisi tres suscitāt mortuos. primū fa-
cilit̄. secundū difficiliter. terciū difficilime. **P**uellā corā pau-
cis: de qua **M**ath ix. **F**iliū corā multis: de quo sup̄. **I**azarū lac-
mis suscitauit: de quo **J**ohis xj. **S**z quartū iaro suscitāt dicēs
Sinite mortuos sepelire mortuos suos: vt **M**ath. viij. **P**redcī
tres suscitati designāt homines triplici mortuos: **I**n prima. s.
puella secrete suscitata: designatur peccatū ab intra in sola volū-
tate. **I**n secūda peccatū operis scz filio vidue. **I**n tcio. s. pecca-
tum cōsuetudinis. **N**am p̄suetudo est altera natura: vt ait p̄b̄.
Quart⁹ fuit obstinat⁹ nō resuscitat⁹ s̄ in malo obstinatus. **T**e-
bijs etiā trib⁹ est in p̄s p̄. vbo p̄mo. **B**rius vir q̄ nō abiit in cōci-
lio impioz et in via pctōz nō stetit et in cathedra pestilētie nō se-
dit. nō abiit. s. p̄ p̄sum: nec stetit p̄ opus: neq; sedit p̄ p̄uaz cō-
suetudinē. **D**ubitat hic vtrū poti⁹ mors natural̄ sit appeten-
da/q̄ subire mortē culpe. **R**ndet q̄ sic: probat s̄ naturalis rō.
Dicit em̄ **B**oetius prosa iij. libri p̄mi de p̄sola. p̄b̄. q̄ **S**ocrates
magister platonis obtinuit triūphum mortis sibi iniuste illate.
Valuit enim laudabiliter mori q̄ vituperabiliter viuere. unde

Cella

phs iij. ethicoꝝ. **M**ali⁹ est mori q̄ agere p̄tra virtutez & verita-
tem. **P**rimo quoq; ethicoꝝ testatus est. **I**n infortunijs v̄tus
refulget. **E**t Seneca in suis p̄ouerbijs. **T**ollerabilior est qui
mori q̄ qui male viuere iubet. **T**heologice probare non indige-
mus quia notorium. ¶ **S**ed ex predictis queritur an hō stans
in lumine naturali nec credens animā immortalē debeat malle
mori q̄ agere cōtra legem? **V**idetur q̄ non: quoniā talis nō cre-
dit mercedē iusticie in futuro. **O**ppositū vero apparet / quoniā
malū culpe incōparabiliter peius est & fugibilius q̄ malum pe-
ne. **A**d primū respondendū quēadmodū. **D**enri. p̄mo quot. in
quiens habem⁹ ex p̄ssam sententiā phi asserētis in ethicis q̄ hō
magis debeat eligere mori q̄ viuere in peccato: ymmo & poti⁹
velle mori in actu virtutis maiori q̄ viuere in minori: p̄sertim
qm̄ culpa est fugibilitatis infusite & incōparabiliter abhominā-
bilior omni pena. **V**erūtāmē Scotus in scripto q̄rti tenet p̄tra-
rium dicēs non eē non fore appetendū p̄p̄t malū culpe vitan-
dum. q̄ sicut maximū peccatū est deū odire: ita post hoc grauif-
simum peccatū est velle non eē seu velle se nichil eē. **E**t rursus
qm̄ velle se non eē est velle se annihilari: que r̄nsio salua ipsius
dignitate non videtur esse ydonea. **S**icut enim valde virtuosum
meritoriūq; cōsistit se dare in mortē tēporalē pro deo atq; iusti-
cia ac fidei veritate: **S**ic licitū est velle non eē p̄pter euadēda
et̄ne dānatiōis supplicia: nec de⁹ **B**reprobat: imo nature ip̄ses
sit abhorre re tā intollerabile malū. **D**eniq; scōꝝ patrū doctrina
p̄cordis p̄testat q̄ vniuersitatē ordo id erigit q̄ homo deū super
omnia toto corde incōpabiliter diligat: idēco de ei⁹ offensione / a-
missiōe / iniuria / incōpabiliter debet dolere prout vera requirit cō-
tritiō: sicq; malle vniuersa nature dona amittere / q̄ deū offēde-
re. **E**t sic apparet q̄ detestabilis est mors culpe / propter quam
homo subiret mortem nature: que mors culpe facit animā mise-
rabiliorē & subijcit eam pene culpe & mortis eterne. **S**ed sic
non est de alia scz corporali. ista enim non facit hominem mise-
rum nisi ratione precedentis mortis a gratia: ymmo mors pec-
cati peior est pena iehenne capiēdo penā iehenne pro pena tñ.
melius est enim eē in inferno sine culpa q̄ in celo cum culpa:.

Tercia

Dicit enim **Boetius** p̄sa ij. q̄rti libri de p̄sola. phic. q̄ in iqd nō solum desinūt eē potētes per grāiā z v̄tutes: sed etiā desinūt esse omnino: non vtiq̄ esse nature p̄dendo/qz adhuc bibūt et comedunt: z in bonis p̄cupiscentiarū suarū dies suos ducūt vt ait **job** Desinūt ergo esse amittēdo spūale esse gratie ac v̄tutū. de quo esse dixit apl̄s/qui se putat aliquid eē cum nichil sit ip̄e se seducit. Et p̄ouerb. xij. **T**erte impios z non erūt. Sic quoq̄ in iqd mortui perbibent quoniā vita gratie carēt. **P**ropt̄ qd̄ **Paulus** ait **V**idua que in delitijs viuit mortua ē. Deniq̄ illud **Job** b̄n̄is p̄mo **S**ine ip̄so factū est nichil **Aug**⁹ exponēs affirmat peccatū nichil eē. z nichil fiūt hōies q̄n peccāt. **N**ā inq̄t **Boetius** vbi s̄ qui cōem omniū q̄ sunt finē reliquerūt: videlicet denz excellū z gloriōsuz totius esse ac vite fontē: parit quoq̄ esse desinunt per totū sp̄ital̄ esse. nam ipsum est cā esse omnibus vt sunt: vt p̄z per p̄m̄etatorē ij. methaphisic. z p̄iō celi z mūdi. ab hoc ente deriuatū est singulis eē z viuere. quāto ergo aliq̄s magis recedit a p̄m̄o ente p̄ vicia: tāto magis desinūt eē. **I**ta vt se cundū fabulas poeticas hō non v̄tuosus dicif trāsmutat⁹ in bestiam: vt ait **Boeti**⁹ in p̄sa iij. q̄rti. **N**āq̄ ita fit vt qui p̄bitate deserta homo esse desierit cuz in diuinā p̄ditōnē trāsire nō possit verat̄ in beluā. **S**ed quia aiā nobilior z excellētiōr est corpore: trāsmutatio scā in aiā de v̄tutibus ad vicia stante corpe hūano ipsa est deterior q̄ scā trāsmutatioē corporis hūani in speciez bestie aiā remanēte intrāsmutata/qz aiā intransmutata dato q̄ corpus trāsmutet̄ adhuc hō dicif homo rōne aiē. **S**z remanēte corpore humano z aiā trāsmutata/iam homo non dī hō/nisi equiuoce. ergo trāsmutatio aiē peior est trāsmutatioē corporis aiā remanēte intrāsmutata. quare dixit **Boeti**⁹ in metro iij. q̄rti. hec venena potētius dīra q̄z penit⁹ meāt detrahūt hominē si bī nec nocētia corpori mētis vulnere seniūt. **E**st idcirco magis deplāgenda mors culpe proprie vel alteri⁹ q̄ mors p̄ris vel matris vel etiā p̄pria. **Q**uare mater augustini magis deplāgebat adhuc errātem q̄ solēt matres funera suozū filiozū deplangere. **M**aiōr est idcirco adhibēda diligētia fraternā ad remouendā miserā animarū per correctionē caritatiuā: per audiētiāz

confessionū/predicationē/ac doctrinam/ q̄ ad remouēdā misē-
 riam corporū per apothecarios/medicos/ ⁊ h̄mōi. ¶ **Ad di-**
 ca siquidē caritas apparet in hominibus qui tam solliciti sūt p-
 pter corpora mortuorū vel moriendorū vocare medicos/ dare
 expēsas/ ⁊ huiusmodi facere operas. qui tamen cum carorū vel
 proximorū animas vidēt mori in peccato mortali/ vel mortuas
 iacere: non curant sanare/ sed ridēt: id modicē aduertētes. Cū
 tamē mortuus naturalit per talia non possit suscitari: sed si pos-
 set plura facerēt. Et anima hoc mō mortua facili⁹ hic possz su-
 scitari: quod pauci curāt. ¶ **Tercium latus.** ¶ In pictura ter-
 cij lateris designatur mors perpetua siue iehēne. de qua Apo-
 cal. xxiij. Beatus qui habet partē in resurrectione prima/ qz in
 hui⁹ secūda mors non habet p̄tācm. hec est mors pessima ⁊ be-
 ne pessima/ quia scōm Bernardū mala in omissione mundi: pe-
 ior in carnis separatione: sed pessima in duplici vermis ⁊ ignis
 cōtritione. ⁊ quod omniū pessimū est diuine cōtemplatiōis p-
 uatione. Attendendū est scōm Senecā q̄ insipiens ⁊ peccator
 criminofus moriendo mortem incipit: sapiēs moriendo mortē
 vincit. De hac loquit psalmista ps. xlvij. Sicut oues in infer-
 no positi sunt: mors depascet eos. vbi glō ducte ad mortē et hoc
 ignorantes. Sic et peccatores nec vident nec cōsiderāt penam
 futuram qui depasti sunt morte iehenne que semp corrodet mi-
 seros sicut animalia herbas. vel sunt oues sicut in ouib⁹ tonsa la-
 na alia succrescit vt iterū tondeat sed ipse manēt: Sic in istis si-
 ne cōsumptione substātie semp pena inuenit qd cruciat. Depa-
 scet eos deuoratio vt semp renascant ad penā a similitudine iu-
 mentorū que non radicibus herbas euellunt/ sed sūmitates car-
 punt vnde iterū herbe renascunt ad pastum. sic ille morte depa-
 sti reuiuiscūt/ qz nunq̄ deficiēt. Nāc mortē abhorruit Bernar-
 dus ad Eugeniū in de psi. Ego horreo vīnem moribacē ⁊ mor-
 tem viuacē. Apoca. ix. Desiderabāt mori ⁊ mors fugi: bat ab
 eis. i. appetūt non esse qz tāta erit eorū pena q̄ poti⁹ vellēt non
 esse q̄ esse cum pena. vt patet per beatū Thomā vlt dis. quarti
 Carere enī pena ē bonū quoddā s̄m phm viij. ethicorū. ⁊ sic nō
 simpliciter ⁊ per se appetūt non esse sed ex psequēti. ¶ **Itē Gre-**

Tercia

gorius. **I**bi mors. glō. i. sepatio aiē sine morte. i. sine priuatiōe talis pene. **R**icard^o **S**corus **B**onane. z alij in q̄rto circa dist. l. **D**icūt q̄ dānati volūt se non esse voluntate deliberatiua nō p se sed per accidēs: inquantū scz non esse sequit̄ carētia pene quā per se appetūt. vident em̄ q̄ per suum esse non possunt se q̄ dele/ crationem nec vtilitatem nec honestatem. quia tantam habent penam z secum compati non potest aliquod gaudiū. ¶ **Q**uar tum latus. ¶ **I**n quarto latere designatur mors bona qua moritur bonus vel quando se priuat gaudijs huius mūdi. de q̄ scribitur ad **C**olocenses iij. **M**ortificate membra vestra que sunt super terram. i. membrorum vestrorū concupiscēcias. s. for nicationē immundiciā libidinez/pcupiscētiā malā &c. glō. im mundiciā p̄tra naturā fornicationē. i. pcupitū illicitū libidinez id est ardore luxurie siue cū natura siue p̄tra naturā **E**t ad rōs vj. **E**xistimate vos mortuos. glō de gorran sicut x̄ps mortuos quidē pctō vt vltēri^o nō recidiueris nec actu nec effectū. **N**ec ē mors preciosa in spectu dñi. **S**icut x̄ps mortu^o in cruce: sic pe nifētes in labore. **A**d gal v. **Q**ui x̄pi sunt carnē suā crucifixerūt **S**ecūdo in sepulcro quies absolutoz qui iam non moriunt si cut x̄ps ampli^o. **t**ercio in resurr̄ctiōe. noua vita iustoz **S**i cō surrexistis cū x̄po que surrū sunt querite. ad **C**olocēs iij. **E**t ista est mors a peccato non ad peccatuz. **E**st mortuus mūdo q̄ vult viuere mundo. **S**igna autē huius mor̄tis ponit sc̄is **T**ho mas in q̄rto dist. xix. q̄ sunt q̄tuor. **Q**ui inquit aliq̄s ōnino a pec catis sit immunis per certitudinē sciri non potest. prima **C**or̄ iij. **N**ichil michi p̄sciū sum sed in hoc nō iustificatus sum. p̄t tū de b̄ haberi aliq̄ p̄iectura p̄cipue p̄ q̄tuor siḡs sicut dic̄ **B**ern. **P**rimo qñ quis deuote verba dei audit: quia qui ex deo est v̄ ba dei audit. **J**ohānis viij. **S**ecūdo quādo quis se promptuz ad bñ operādū inuenit: qz p̄batio dilectiōis exhibitio est opis vt dicit bñs **G**reg^o. **T**ercio cū quis a peccatū abstinendi in su turo p̄positū assumpsit. **Q**uarto cū de p̄teritis dolet: qz i h̄ijs v̄a p̄nā p̄sistit b̄^m **g**reg^m. vñ si aliq̄s p̄ h̄mōi siḡs facta diligētī dis cussione sue conscientie q̄uis forte non sufficienti/ ad sanctissi mum corpus christi sumēdum accedat deuote aliquo peccato

Cella

mortali in ipso manere qđ ei⁹ cognitionē p̄terfugiat. nec peccat
ymmo magis ex vi sac̄mēti peccati remissione p̄sequit̄. vñ **Au-**
gustin⁹ dicit in quodā sermōe. qđ qñ corp⁹ xp̄i māducat viuisi-
cat mortuos. **E**st secūdo alia mors bona: qñ scz aiā non hz vsū
sensuū v̄tute dei rapiētis animā ad diuina p̄tēplāda. vel etiā vir-
tute naturali ex colligātia potētiarū aiē que ex natura non pos-
sunt diuersis intēdere. sicut legit̄ de plurib⁹ sanctis p̄ibus p̄ci-
cipue de doctore scō z alijs multis. hī habēt se ad modū mortu-
orum/ qz mors naturalis separat animā a corpore: mors spūal⁹
a rei corruptibil⁹ affectione. vt soli deo inhereat per affectionēz.
Secūdo liberi egrediunt̄ qz nullius rei create retinacul⁹ impe-
ditur. in hoc gradu mens ad celestia meditāda libere subleuat̄
Aues suarū leuitate pennaz subleuant̄ in altū aut ad cibū que
rendū/ aut ad laqueos euadendū/ aut delectabilit⁹ satiādū **S**ic
anima tendit fursū p̄ cibo **A**d colocen⁹ iij. **Q**ue fursū sunt sapi-
te **I**deo p̄s de alijs duobus **Q**uis dabit michi pēnas sicut co-
lumbē z volabo z requiescā. **T**ercio mortu⁹ sepelit̄ qz cū p̄ me-
ditationē fursū erigit̄ pacis serenitas obtinet̄: vnaqueqz res nō
quiescit nisi cum ad locū propriū puenerit. quare cū locus aiē sit
deus: qđ in amor⁹ ioster ad multa spargit̄ vel ad yma deriuat̄/
nunq̄ ad verā pacē producit̄. **A**ug⁹. **I**nquietū est dñe cor me-
um donec requiescat in te. **A**portur⁹ moyses montē ascēdit: t̄-
ram promissiōis aspicit vt **D**euteronomij vltiō. **C**orpus deni-
qz in puluerē resoluit̄: qz cum mens in lumine diuino semetip̄
sam clari⁹ intuet̄: recognoscēs se quātum ad animā creatā ex ni-
chilo z sic de se simplicit⁹ nichil esse. **Q**uātum aut̄ ad corpus se
puluerē esse z cinerē ymmo sacū stercoreū z cibū vermiū: neces-
sario humiliari cōpellit̄. **A**tendendū qđ sicut ignis in suo cine-
re qui est vltimus sue resolutionis terminus cōseruat̄. sic aiā in
sua humilitate que resoluit̄ vsqz ad minima z vsqz ad vltima cu-
stoditur. **E**t sicut fenix cōgregatis aromatibus incēdit ignem/
que xremata z in cinerē redacta renouat̄: z per talē renouari-
nem perpetuo p̄seruat̄. sic aiā caritatis igne succēsa: ac in humi-
litis resoluta cinere p̄seruat̄ in grā: z de die in diē per grāz re-
nouat̄. hec est vltima mors que cōcernit perfēctos. **P**rima hui⁹

Quarta

lateris potest p̄cernere incipiētes ⁊ p̄ficientes qui nondum ad
hanc peruenērūt perfectionē. **N**isi perfectis nullius est repu-
rationis mors nature: quam iuxta dei voluntatē apperūt tanq̄
ingrediētes per portā qua intraturi sunt aulā celestis iherusalē
Si tū hanc p̄fectionē attingere nequimus: disponam⁹ medīe
incipientū ⁊ proficientū regulā q̄ moriemur ⁊ nō uiuem⁹.

¶ Quarta Cella.



Quinde discipul⁹ nostre artis a p̄ceptore suo
in quartā cellulā introduct⁹ vidit quartā bu-
ius artis regulā. **I**n p̄mo latere hui⁹ cellule:
Nam quidā nigri doctores ad terrā curuati
oculos non eleuātes inter se disputātes nil ali-
ud nisi corpalia tractabāt spūaliū rerū cōtem-
p̄tores. **I**n scōdo latere alij doctores mediocriter tenentes faci-
es nec sursum oculos erigētes de aiābus tractabāt. **I**n scio la-
tere quidā ad instar doctorū in forma erecti depingebant ocu-
lis sursum eleuatis ⁊ vestib⁹ argēteis quādam ymaginē tractātes
quam de corpore extrahētes ⁊ reponētes pulcerrimaz corpōi
reddebāt. **I**n quarto latere erāt doctores depicti vestib⁹ aure-
is rubicūdas hñtes facies ⁊ letas ⁊ dyadema in capite gerētes
qui eādem ymaginē tractātes ad celos mittebāt. **P**rimū la-
tus. **N**isi visis edocet ab iñstructore discipul⁹ q̄ hec pictu-
ra nichil aliud est nisi descriptio mortis corporalis: **N**am post
multiplicē diuisionē sumit membrū de quo fit s̄mo. **P**ro quo
sciendū q̄ quatuor fuerūt famosiores opinionēs de quiditate
mortis corporalis. **Q**uidā em̄ dixerūt animā quācūq̄ nichil eē
Vel si eēt aiā dixerunt eā esse corpus. vt patet p̄ p̄m p̄mo de a-
nima: ⁊ illi non poterāt diffinire mortē corporalē. **E**t innitebā-
tur huic argumēto s̄m **L**actantiū in li. diuinarū institutionū c.
xiiij. li. viij. **Q**uia dicebāt nichil eē nisi qd̄ videt ⁊ palpat: s̄z ani-
ma nō potest videri: ḡ ꝛc. **S**ed si aliquid est nō est distincta a
corpore: ⁊ isti designant in primo latere: quia nichil cognosce-
bant nisi terrena: ⁊ non tractabāt nisi elemēta **D**estrūit em̄ mo-
tuum eoz: quia tunc sequerēt q̄ non esset de⁹ vel spūalia vt ibi
per **L**actantiū fert. **C**uius opinionis erant saducei negantes